



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1738. usque ad annum 1740

**Fleury, Claude**

**Augustæ Vindelicorum, 1786**

**VD18 90119355**

§. 42. Opera & decessus quorumdam scriptorum Acatholicorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67878](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67878)

**Sæc. XVIII**

A. C. 1739.

conjectura in auctorem excerptorum de doctrina orientali Clementi Alexandrino adscriptorum. Historia Russorum, Historia Regis & familiæ Stanislai, conjectura de supposititiis quibusdam libris Cypriani & Firmiliani, responsum ad dissertationem de Triumviratu Galbae, Ottonis &c. contra P. Panel, libertas sentiendi de Religione, necnon alia quædam Trivoltiensum commentariis inserta: Decessit hic Author die decima sexta Maij anno vite suæ septuagesimo nono.

## §. XLII.

*Opera & decessus quorundam Scriptum Acatholicorum.*

Occurrunt pariter ex Protestantibus nonnulli, qui suis lucubrationibus nomen sibi apud suos compararunt, hocque anno vitæ suæ finem fecerunt. Hos inter celebriores sunt. I. Joannes Georgius Frick Lutheranus, qui publici juris fecit dissertationes de initiosis eruditionis apud Romanos, de Druidis occidentalium populorum philosophis, observationes de Joanne Monro Cardinale, & quasdam relationes de Theodoro de Neuhof Corsicano Rege. Obiit die decima septima Aprilis Ulmae, annos natus triginta sex. II. Joannes Frick

Frick pariter ibidem die secunda Martii Sæc. XVIII.  
animam exhalavit anno ætatis sexage- A. C. 1739.  
simo sexto: scripsit epistolas irenicas  
ad Lipsienses, item de speciali discri-  
mine inter Catholicos & Lutheranos,  
Britanniam rectius de Lutheranis e-  
doctam, inclem tam Clementis XI.  
sæpius tamen a Catholicis usque ad  
ultimas fæces confutatam, Zosimum  
in Clemente XI. redivivum, commen-  
tarium de cura veteris Ecclesiæ circa  
Canonem Scripturæ sanctæ, lumen ad  
illustrandos Emigrantes Salisburgenses,  
Disputationes de cauſa morali, de tene-  
bris tempore passionis Christi, de le-  
gione fulminatrice, de justificatione,  
de fide Constantini Magni, de culpa  
schismatis Protestantibus immerito im-  
putata, de officio Ecclesiæ in diffidiis  
publicis & alia nonnulla. III. Joannes  
Wilhelmus Hofmann, qui anno trige-  
simæ ætatis nondum expleto die duo-  
decima Novembribus præter plura juri-  
dica posteris reliquit positiones ex hi-  
storia Germanica, collectionem monu-  
mentorum nondum impressorum ad di-  
lucidandam Historiam juris publici, de  
stemmate Babenbergo - Austriaco, de  
juribus emigrantium propter Religio-  
nem, de lubrico artis diplomaticæ,  
de ruina superstitionis paganæ, de con-  
cordato Henrici V. & Callisti II. de in-

Qq 5 vesti-

Sæc. XVIII. vestituris Episcoporum & Abbatum,  
A. C. 1739. & alia quamplurima. IV. Caspar  
Gottschling, qui edidit introductionem  
in notitiam bonorum librorum, succin-  
ctam relationem de moderno statu Fran-  
ciæ, introductionem in artem Hera-  
dicam, & alia quædam Teutonicae  
scripta. V. Joannes Christophorus  
Wolf Lutheranus, e cuius calamo pro-  
fluxere dissertationes de carcere erudi-  
torum Museo, de apparatu Philisteo-  
rum bellico 1. Sam. XIII. 5. de Juve-  
nis labiorum Hof. XIV. 3. de methodo  
hebraismi nova a Gallo proposita,  
pistola critica in stricturas Muratorii, in  
Gregorii Nazianzeni carmina, Historia  
Lexicorum hebraicorum, Manichæis-  
mus ante Manichæos in Christianismo  
redivivus, visio Crucis Constant. M.  
Curæ philologicæ & criticæ in N. T.  
dissertatio de catenis Patrum Græco-  
rum. programma de scepticismo Phi-  
losophico &c. VI. Georgius Frideri-  
cus Schroet, qui ad posteros trans-  
misit dissertationes de mente hominum  
divina, de anima divina, deinterprete  
S. Scripturæ contra P. Masenium, de  
reprobo morte Christi redempto, de  
fide fanaticorum justificante, de gratia  
Dei universalis, de jure Episcoporum  
Franciæ appellandi ad Concilium, de  
gratia a Quesnello approbata, & alia.

VII. Georgius Ockel Lutheranus Prae- Sæc. XVIII  
co, qui edidit disputationem *an simula-* A. C. 1739.  
*tio & dissimulatio sint licitæ*, de matri-  
monio cum infideli, de itinere Israeli-  
tarum ex Ægypto in Canaan, de mi-  
sera Arii morte &c. VIII. Maturinus  
Vayssiere de la Croze qui a Lutheri  
caltris ad Catholicorum Sacra trans-  
iens, denuo quod evomuit, infelix  
helluo babit, ac tandem die vigesima  
prima Maij Berolini annos natus se-  
ptuaginta octo periit. Elucubravit  
quædam contra Baylii Dictionarium,  
alia contra Harduimum, & vindicias  
veterum scriptorum contra eundem,  
colloquia circa varia Historiæ argu-  
menta. Epistolam apologeticam pro  
Ludolpho contra Abbatem Renaudot,  
in Evangelium Nicodemi, in Codicem  
apocryphum N. T. Epistolam in textum  
de tribus testibus, reflexiones in His-  
toriam Christianismi Indorum, Epis-  
tolam in Codicem Alexandrinum Biblio-  
thecæ Regiæ, Historiam Christianismi  
in Armenia & Æthiopia, &c. IX. Chri-  
stianus Augustus Selig, cui quidem  
Lutheri commenta naufragium movebant,  
amittendi tamen quæstus metu ab am-  
plectendo vero dogmate absterrebatur,  
tandem in Nestorianismum prolapsus,  
vel saltem de eo a suis insimulatus obiit.  
Ediderat Eutychianismum ante Euty-  
chem,

Sæc. XVIII. chem, librum †de diptichis veterum,  
A. C. 1739. Historiam confessionis Augustanæ, No-  
dum prædestinationis solutum, & de-  
mum Historiam Concilii Tridentini &c.

## §. XLIII.

*Status Ecclesiæ in Gallia.*

**A**nnus hic currentis Sæculi XVIII. annus quadragesimus funesta re-  
rum vicissitudine potentissimorum Orbis, Principum morte, & communi rerum  
inopia tam fatalis erat subsequentium  
malorum prodromus, ut ingeniosus  
quidam calamus illud Virgilii carmen  
heroid. l. 3. v. 138. jure adaptaret.

MiserandaqVe, Venit  
arborlbVs qVe satlsqVe LVes, ac  
Letlfer annVs.

Tum enim Italia summo luctu squa-  
lida, in Germania florentissimæ Pro-  
vinciæ annosi belli flammis absumptæ,  
cædibus & ruinis vastatæ, fame, fri-  
gore morbisque afflictæ, ac ipsa etiam  
Francia non modo extero bello impli-  
cita, sed intestinis adhuc dissidiis in  
propria viscera grassantibus scissa, &  
quod magnum insuper ad malorum  
cumulum pondus contulit, inde natus  
est Religionis contemptus, morum  
pravitas, dissolutus debitæ subordina-  
tionis